

## PRIMVS

regione: quæ nequaquam possunt præter natura-  
lia sibi loca traduci. A turri uero lapidea ad  
Seras id pari modo non acceptare: eo q[uod] eadem  
redargutio illic adduci nequeat: sed p[er] totā distā-  
tiā; siue minor ea sit: seu amplior: similis ipsius  
aeris qualitas & impressio sit. Quæadmodum  
siquis quia in furto deprehendi nequeat: iusti-  
ciam negligat: contra ipsius philosophiæ do-  
cumenta. Vnde primam distantiam: quæ scilicet  
est ab Euphrate ad turrim lapideam: octingen-  
torum ac septuaginta & sex schoenorum: ob  
itinerum flexiones: ad octingentos tantum  
schoenos contrahimus: stadia autem uiginti  
& quatuor millia. Quod ita esse creditur ob  
itineris particulares dimensiones: ac regionū  
crebros aditus: q[ui]bus id iter potius est. Q[uod]  
autem diuerticula plura habeat: manifestum  
est ex his quæ Marinus ipse ponit. Peragratio  
nem enim a transitu Euphratis iuxta Hierapo-  
lim p[er] Mesopotamiam ad Tigrum: & hinc per  
Garamantas iter Assyriæ Medorūq[ui] ad Ecba-  
tanā: portasq[ue] caspias. Præterea parthiæ ad He-  
catompylon: fas est per parallelum Rhodi, su-  
scipere. Hic enim circulus per dictas regiones  
scribitur. Viā uero ab Hecatompylo ad Hyrcaniam  
ciuitatem: necesse est ad arcton declina-  
re: Hyrcania ciuitate in medio prope modum  
posita parallelorum Smyrnæ & Helleponsi.  
Na[on] parallelus Smyrnæ sub ipsa regione Hyrcaniam  
designatur. Helleponsi uero p[er] australes  
plagas pelagi Hyrcani: quæ parum magis se-  
ptentrionales sunt q[uod] ipsa Hyrcanorum ciuitas a  
nomine regionis suæ appellata. Deinde iter ab  
hac ad Margianam Antiochiam p[er] Ariam/pri-  
mo ad meridiē respicit: cum Aria sub eodē pa-  
rallelo quo portæ caspiæ sita sit. Post ad arcton  
inclinat: cum Antiochia iuxta Helleponsi pa-  
rallelum sit posita: a qua aditus ad Bactra uer-  
sus solis ortum extenditur. Hinc autē ad ascen-  
sum montium comedorum: itur uersus se-  
ptentrione[rum]. Via præterea quæ montana hæc  
egreditur: ac p[ro]ducit ad uallem quæ campestria  
excipit: ad meridiē tendit. Horu[rum] quippe mon-  
tium septentrionalia: & quæ magis occiden-  
talia sunt: ubi ascensus est: ponit sub parallelo  
Byzatii. Quæ uero australiæ: & ad ortum solis  
uergunt: sub parallelo helleponsi. Nam mon-  
tana ipsa tradit ad ortum solis: palam quasi ex-  
tensa: ad austrum quodammodo declinare. Inde  
quinquaginta schoenorum inquit ad lapidea[rum]  
usq[ue] Turrim: ad arcton æque uergere. Vallem  
enim egressos: Turris: ut inquit: lapidea exci-  
pit: a qua montes qui ad orientē solem progre-  
diuntur: Imao coniugit: qui a Palimbothris  
ad septentrionem protenditur. Simul ergo col-  
lectis gradibus sexaginta: qui notati sunt: p[er] ui-  
ginti & quatuor millia stadiorum cum gradi-  
bus quadraginta & quinq[ue] & quarta (tot enī  
sunt a Turri lapidea ad Seras) compræhendit  
tota distantia ab Euphrate ad Seras in paral-

lelo Rhodiensi graduum centum & quinq[ue]  
cu[on]tra quarta. Colliguntur præterea ex dimensio-  
nibus quas ipse supponit sub eodem parallelo  
gradus alii: ut dicetur. Primo a meridionali no-  
tato p[er] insulas fortunatas: usq[ue] ad Sacrum his-  
paniæ promontorium: gradus duo & semis.  
Deinde ad Bætii fluuii hostia: post hæca bæ-  
tio ad angusta atlantici pelagi: atq[ue] Calpem:  
similiter gradus duo & semis in unaquaq[ue] di-  
stacia. Hinc a præfatis angustiis usq[ue] ad Caral-  
lim Sardiniae/gradus uigit & quinq[ue]. A Caral-  
li autem ad Lilybæum Siciliæ: quatuor & se-  
mis. A Lilybæo ad Pachynum: tres. Moxq[ue] a  
Pachyno ad Tænarum Laconiæ: decem. Inde  
ad Rhodum: octo cum quarta. A Rhodo ad  
Issum: undecim cum quarta. De hinc ab Isso  
ad Euphratem: duo & semis. Colliguntur ita-  
q[ue] totius huius distantiae gradus: septuagin-  
ta & duo. Quare omnis longitudo terræ no-  
bis cognita: hoc est a meridiano designato:  
seu terminante ab ultimo occasu insulas Fortu-  
natas usq[ue] ad Seras: graduū centum ac septua-  
ginta & septem cum quarta adnotatur.

## Eandem emendatio ex nauigationibus:

## Cap. XIII.

Oniectare quis possit tan-  
tundem esse longitudinis  
spacium: etiam ex distan-  
tia quæ a Marino tractan-  
tur nauigando ab India us-  
q[ue] ad sinum Sinarum atq[ue]  
Cattigara: si q[uod] maxime proprius ratio habeatur  
adiectionis sinuum ac inæqualitatum nauiga-  
tionum / situumq[ue] ipsarum regionum. Post  
enim Colchoruz sinum a promontorio quod  
nuncupatur Cory: suscipi inquit sinum Ar-  
garicū: constareq[ue] usq[ue] ad Curulin urbem: sta-  
diis tribus millibus ac quadraginta. Additq[ue]  
eam ciuitatē sitam esse ex parte boreæ eiusdem  
Cory promontorii. Colligi igit[ur] possit ea træ-  
fretatio: tertia parte deducta: iuxta normā Gan-  
getici sinus: stadiorū fermæ duorū milliū ac tri-  
ginta: cum tota uentorū inæqualitate. Ex qui-  
bus ut ad continuū unūq[ue] cursum deueniat:  
tertia etiā parte sublatarelinquent stadia mil-  
le ac trecenta & fere quinquaginta: iuxta boreæ  
situm. Quo redacto ad sitū æquinoctialis pa-  
ralleli: & ad uentū Subsolani: deductione me-  
diantis: iuxta rationē anguli transumpti: habe-  
bimus distantia intercepta a duobus meridia-  
nis: hoc est ab eo qui p[er] Cory promontoriū scri-  
bitur: & ab illo qui p[er] Curulin adnotat: stadio-  
rum sexcento[rum] ac septuaginta & quinq[ue]: gra-  
duū uero fere unius & parte tertia. Horū enim  
situū parallelū: nulla memorabili nota a maxi-  
mo circulo differūt. Deinde a Curuli urbe nau-  
igationē inquit esse uersus hyemale: solis ortū